



III
14

Ex libris Joh. Weiskaupt, professoris Ingolstadt

N. 33.

CONSTITUTIONES
ET
PRIVILEGIA
UNIVERSITATIS
INGOLSTADIANÆ.

[1642]

CONSTITUTIO

RES

ET

PRIVILEGIA

UNIVERSITATIS

INGOLSTADIAE

Caput I.

Leges bono à Sapientibus viris con-
stituto sunt, ut pravis hominum stu-
diis sublatis rectè vivatur, generisq;
humanæ Societas, atq; concordia con-
servetur; Cùm enim lex sit, recti
iussio, praviq; dequeſio, quo et
supplicio improbos afficit, et defen-
dit, fovetq; bonos, eadem nihil potest
esse aptius ad tuendam generis hu-
manæ Conditionem, et asserendam com-
munem vitam tranquillitatem.

Quam ob rem, ut juvenutis, quæ
in hoc proclino bonarum disciplina-
rum theatro ad omnem honestatem
exercetur, Indoles certis finibus
circumscriptas eò suavius, utiliùsq;
formetur, florentissimj huius studij
Ingolstadiensis Senatus Academicus
sequentes Leges, Constitutiones, et
Ordinationes iuxta Juris Comùnis
Dispositionem, statim quidem ab jnitiis

condito Academia, deinde pro di-
 versa ratione temporum, et morum
 varietate aliquoties censas, et non
 nihil mutatas, nunc vero postremo
 Serenissimi Principis, ac Domini,
 Domini Maximilianj Comitis
 Palatinj Rhenj, Superioris et In-
 ferioris Bavarie Ducis, S. R. Im-
 perij Archidapiferi, et Electoris
 iussu ad eandem revocatas, et emen-
 datas, eã, quo sequitur, formã,
 denuo conscribi, proponi, edi, et
 promulgari fecit, statuitq; ut
 his quotannis publice in aula
 maiori presentibus omnibus Aca-
 demis Capitibus, et membris prole-
 gantur, atque de cetero vim
 habeant, omnes ac singulos huius
 Studij generalis subditos obligandi.
 Quod, ut faustum, felixque sit,

faxit DEUS optimus, maximusq;
per quem legum Conditores iusta
Decernunt.

Caput II.

De Consilio Universitatis rite ordinanda.

Statuendus est Senatus, ut à to-
tius Academia Consilio veluti
Senatu primario exordiamus, peres
hunc volumus plenam ac summam
constare Authoritatem, et facul-
tatem ordinandi, statuendi, Decer-
nendi, atq; exequendi omnia, et
singula, quæ vel ex Juris dispositi-
one, vel privilegii, aut consue-
tudine ad officium Senatus spectant.

In quo quidem Consilio procipue ac
perpetue habebuntur, Rector, et
Trium Principalium Facultatum
Ordinarij Professores, ita tamen, ut
ex Theologis Societatis Jesu huius
Consilio duo tantum intersint, quibus
adiunctum volumus ex Artium Fa-
cultate Decanum, unà cum tribus
Magistris ejusdem Facultatis no-
mine, atque consensu huc Deputan-
dis.

Et qui primum in Consilia-
rium assumitur, sequenti
astringatur juramento, quod
Rector exiget.

Ego N. promitto, et juro, quod
Serenissimj Principis ac Domini,
Domini Maximilianj Emmanue-
lis Comitis Palatinj Rhenj, Superio-

nis, Inferiarisq; Bavariae Ducis,
Sac. Rom. Imperij Archicamerarij,
et Electoris, Hæredumq; suorum,
hanc Urbem Ingolstadiensem populi-
centium, honorem, et huius sue
Academie utilitatem procurabo,
quodque vicissim De decus, atque
Dannum, quomocunq; incidet,
pro vitio avertendo impediam.

II^{do}. Promitto, et iuro, me diligenter
curaturum, ut studiorum causa,
prosertim in Judicijs ad rationem
legum, et Privilegiorum huius A-
cademie legitimè Decidantur.

III^{tiò}. Promitto, et iuro, quod à Rectore,
aut ejus Vicario accersitus, sta-
tutâ horâ, non tardius, sed ut cum
primis ad sim, veniam, et propositio-

nibus vel Rectoris, vel Partium in-
terero, cūq; audiam, et deinceps
bona fide in medium consulam, quod
ex re Academiæ esse intellexero.

IV.^{to} Promitto, et juro, quod ad singula,
quæ Rector proponet, deliberabo fi-
deliter, et quantum meum fert ju-
diciū, respondebo, nullā interim
amoris, odij, pretij, et privati afec-
tūs ratione habita.

V.^{to} Promitto, et juro, quod si neces-
sitas exigat, sedere velim pro
tribunalij cum Rectore, illij auxilio
esse, atq; secundū dictamen ra-
tionis iustam ferre sententiam.

VI.^{to} Promitto, et juro, quod Secreta
Universitatis, et Consilij, et earum

proferim rerum, quo in proiudiciu
Academio, vel singularium eius
personarum vergere videbuntur,
ad alios non efferam.

Sic me P. M. S. adiuvet,
et hoc sancta D. E. F.
Evangelia.

Juramentum illorum,
Cui ex Professoribus Socie-
tatis J. E. U. in Senatum A-
cademio recipiuntur.

Ego N. promitto, et iuro, quod
ad singula, quo in Senatu, Consi-
liore proposita fuerint, Deliberabo
fideliter, et quantum meum fert ju-
diciu, respondebo, nullâ amoris,
odij, pretij, privatiqve affectus

habita ratione, sed quam iustam ar-
bitratus fuero sententiam dicam,
pro publico Commodo Academiae, Se-
cretariorumque Universitatis, et Consilij,
ac earum etiam rerum, quae celare
iubebor, et quae in praedudicium vel
Academiae, vel singularum eius
personarum vergerent videbuntur,
non efferam ad alios, neque pub-
licabo.

Sic me Deus adiuvet,
et hoc sancta Dei Evan-
gelia.

Imo. Inter consultandum autem nemo
Consiliariorum alteri Convitia
dicat, neque alterius Sententiam
et suffragium verbis iracundis,
iniuriosis, aut concitatiore animo
interturbet. Verum ubi ex or-
dine super negotio, in consulta-

tione proposito, dicere iussus, De-
inde Sententiam suam modestè pro-
ferat.

II^{do}.

Licebit tamen, Rectori, aut eo,
qui ex Ordine loquitur, permit-
tente, aliquid cum modestia, si
ita visum fuerit, extra Ordinem
depromere; Si vero quispiam te-
merarius alterius suffragium inter-
rumpat, aut aliàs modestiò limites
longius excesserit, ej pro quali-
tate rei, poenã arbitrariã à Rec-
tore, vel à Consilio infligi potest.

III^{tiò}.

Porro carebit Rector, ne Con-
siliium soperis, et leviusculas ob-
causas cogat, ac Professores gra-
vet, eorùmq; Studiosos fructu Lec-
tionum publicarum defraudet:

potissimum igitur D. Rector suam
Diligentiam, et per se pro Patribus
conscriptis res exequatur, aut,
ubi necessitas postulaverit, ad
totum Consilium referat.

IV^{to}

Cum autem profens necessitas
magno opere exposculet, ut singu-
lis Angarijs commodo die, id est,
quater in anno, statuta consilia ce-
lebrent, volumus, quod omnes Con-
siliarij ijs Diligenter intersint,
ubi de gravioribus quibusque
negotijs, quo vel totam Academiam,
vel partem respiciunt, tractandum
erit: Deinde etiam de Professo-
ribus omnium Facultatum, quo-
ties unusquisque proximis tribus
mensibus cessaverit, et quousque
pervenerit in legendo, ne Auditores
defraudentur lectione librorum,

quos expedit citius absolvi. 3^{to}
De Studijs in qualibet Facultate,
sintne plures negligentiores, aut
inquietiores solito. Quarto De
Professoribus Facultatis Artium,
an studiosi habeant, et audiant
libros sibi necessarios ad Cursum com-
plendum.

V^{to} Hec, aliâq; id genus bonum et
utilitatem Academiae concernentia
in Consultatione adducantur,
prosertim à Decanis, omniâque
conscribantur, et quo videbuntur
necessaria, ad Serenissimum Elec-
torem referantur, ut sic melius
etiam omnes faciat cautiores.

VI^{to} Concludat Rector id, quod maior
Parti Consilij consenserit, quod si

parēs fuerint Sententiā, eam amplectatur, quam ipse saniorē iudicaverit, eamq; Consilium totum strenuē observare, et Rector diligenter exequi debet.

VII.^{mo} Vocatus per Rectorem Consiliarius compareat, sicut in Iuramento promisit, ac ad prescriptam horam sit prestō; Contumax verō, vel qui tardius iustō venerit, poenā arbitrariā mulctetur, nisi urgente causa, vel veniā, prius à Rectore petita, et impetratā excusetur.

Caput III.

De Rectoris Electione.

I.^{mo} Ne Academia sit sine Capite, Rector eligendus, apud quem summa rerum sit in omnibus post plenam Universitatis Senatuum, Causis Camera exceptis, quo stabiliter à Senatu Academico, proter res graviores, etiam iuxta recessus Serenissimi Electoris Maximilianj ad solum Senatuum referendas, commisso sunt, et committi solent certis Partibus Academicis.

Deligatur autem, ^{nali} quis è Senatu sive Clericus, sive uxoratus, dummodo ad hoc officium sit aptus, et Clericus nullam Religionis regulam professus. Potest in

III

Universitatis Consilium Illustres
Scholasticos, Adhibito pro Rectore,
honorare, si tamen eligendus an-
num vicefinum statis suo exce-
serit, et Statum, ac Doceat
Rectoratus honestatem servare vo-
luerit. §. Cui tamen Prorector
Adhibito Electionis medio is ad-
iungendus est, qui aliis ea vice
in Rectorem eligendus fuisset, quod
Electio pro veris rectorali repu-
tanda est: |

II^{do}

Ceterum ut tam onera quam ho-
nores rite Distribuantur, bis in
anno Rectoris Electionem consti-
tuimus celebrandam. Nempè in
Die S. Georgij Martyris, et Divi
Lucæ Evangelistæ, re Divina
prius De sancto Spiritu per-
acta.

III^{tiò}.

Ordo quoq; per Facultates ser-
vetur, nisi rationalis causa
aliud suadeat, propter quam tran-
silire licet ad aliam Facultatem
Verùm hæc Constitutiones, quæ ni-
mirum seculares, et uxorati Pro-
fessores in Rectores eligi valeant,
et de Facultate ad Facultatem
Ordo servandus sit, in tantum per
Decretum Electoralem De 23. oc-
tobris anno. 1654. Declarantur,
mentem suæ Serenitatis non su-
ipse, ut ordo de Facultate ad
Facultatem alternis vicibus sem-
per observetur, cum aliis his,
imò sepius ad Theologum et Medi-
cum, quod ad Juristam Rectora-
tus devolveretur, ut proinde in
electione Rectoris potius propor-
tio secundum numerum Professo-
rum, quæ dicta alternarum facul-
tatum attendenda sint. |

IV.^{to}

Surent quoque Consiliarij Recto-
rem eligentes ad manum ejus, qui
iam officium resignavit, quod pe-
nitus dolo, et fraude posthabitis,
idoneum Deligere velint, secundum
quod ratio, et conscientia suaserit,
non pretio, odio, vel muneribus cor-
rupti.

V.^{to}

Verum, qui donis, aut precibus, aut
alio prohibito modo occulte vel
publice ad Rectoratum aspiraverit,
et de eo constiterit, pro eo tempore
non esse eligibilem, et pro illo sal-
tem tempore eligi non posse Decer-
nimus.

VI.^{to}

Electus vero unanimi Senatus
Consensu officium atque Administra-
tionem intra spatium unius Diei
assumere debet, Sex aureorum

numerorum poenâ propositâ.

VII^{mo}.

Designato, et proclamato publice Academiae Rectore iuret sic recens electus ad manum antecessoris sui, se Serenissimi Electoris nostri, ac proclari Studij huius Ingolstadiensis utilitatem promoturum, ac Damna quolibet emergentia pro viribus prohibiturum, ac officium Rectoratus iuxta Statutorum, ac Privilegiorum mentem diligenter administraturum.

VIII^{vo}.

Amplius Decenti et honesto cultu vestitum esse volumus Rectorem, ut et Discrimine aliquo ab alijs discernatur, cappâ consuetâ trium Digitorum fimbriâ exornatâ utatur, nec solus sine Comite

saltem uno, incedat.

IX.^{no} Statuimus quoque, ut Rector functus officio intra triduum sigillum cum clencho studiosorum, et omnibus litteris, quas perceperit, novo Rectori reddat, rationemque rationa accepti, et expensi in presentia novi Rectoris, et quatuor Decanorum.

Caput IV.

De Rectoris Officio.

I.^{mo} Volumus itaque Rectorem legitime electum in omnes Studiosos, huius Gymnasij jurisdictionem ordinariam, quam ex Diplomate Apostolico, et Privilegijs Ducalibus fortitur, exercere, iuxta eam Definire,

Ius dicat, atque omnia pro uti-
litate Academiae, et Subditorum
Disponat, Consilium cogat, ar-
ticulos proponat, Suffragia Sin-
gulorum colligat, rixosis Silen-
tium imponat, et iuxta Declara-
ta, ut supra statutum est, De-
cernat.

II^{do}.

Rector Designatus statim post
electionem suam publicum scrip-
tum affigat, sub multa arbitra-
ria à Consilio ipsi Determinanda,
quo Studiosis severe prohibeat
provocationes, Duella, graphatio-
nes, et clamores nocturnos, ag-
gressiones, et offensiones Vigilum;
Postquillo tam scriptos quam ver-
bales, vulgò dicitur *Hamzly Hillm*,
Sæctationes publicas, nisi ad co-
honestandas nuptias sint invitati,

et alias id genus insolentias.

III.^{to} Interdicimus tamen seris nostris
Academis Professoribus, ne sint
faciles in exhibendis scriptis testi-
monijs, quo requirere solent otiosi
cessatores, qui aut nunquam, aut
raro lectiones frequentant.
Impossemus etiam nulli Dehis Te-
stimonium, nisi addita qualita-
te, quomodo se in moribus, et
studijs gesserit. Quod si pro-
lectorum aliquis negligentibus
gratum facturus testimonium De-
derit, Rector ab eodem poeno no-
mine duos germanicos aureos exi-
gere poterit.

IV.^{to} Ad hoc si Rector negotiorum gratia
Academiam abire necesse habeat,
certiores ejus rei faciat quatuor

Decanos, Vicariumque Rector
surroget eum, qui proximè Magi-
stratum gerit scholasticum, ei que
committat libellos, Sigillum, Sep-
tra, atque omnia, quæ ad Rec-
torem spectant, qui subire cogi-
tur hanc Provinciam, sub poena
duorum germanicorum aureorum,
si tamen per triduum tantum aut
quadriduum absens futurus sit, Rec-
tor solus Vice-Rectorem sibi sub-
stituere poterit.

V.^{to}

Rector proterea quilibet in fine
officij sui ad Theatrum Collegij
amplissimum Studiosos, et sibi sub-
ditos omnes convocabit, ubi ad
bonos mores, proclaras virtutes,
et litterarum studia adolescen-
tes adhortabitur.

Novus Deinde Rector proximo
die commodo Statuta huius
Scholæ per Notarium recitari
curabit, ne quis ignorantia pro-
textu se se, ubi Deliquerit, excu-
sare pergat.

VI^{to}. Ceterum Rectorem talem, equita-
tem, et Justitiam administrantem,
Christus Salvator noster bonis om-
nibus affatim cumulabit, Coro-
næque Justitiæ coronabit.

VII^{mo}. Cui addimus tertiam partem
ejus pecunie, quam solvunt, qui
Albo Studiosorum nomen suum sem-
pore sua Administrationis Dabunt.
Nec non et medietatem mulcta-
rum; De sigillis verò totam
partem sortiaturo; Sicut, et arma

V. JUQB
Digladiantibus Adolescentibus
adempta, ei ex integro cedere
volumus, pro singulis tamen sol-
vet Excutoribus sex cruciferos,
si per Vigiles Rectori allata fu-
erint.

VIII^{vo}. Sententias et Decreta Senatûs
solus Rector non mutet, vel remit-
tat, sed si omnino aliqua causa
vel intercessio id suadere videatur,
Senatores Universitatis presentes,
et non per Schedam sine urgentif-
sima causa ea de re consulat, et
ex ipsorum arbitrio vel mutet, vel
remittat, vel perseveret in Execu-
tione.

Caput V.

De Sigillis Universitatis.

I.^{mo} Academia ex Liberalitate Serenif-
simi Ducis Ludovici habet Sigillum
maius, minus, et secretum; Con-
suetum autem est, ut maius, et minus
in Archivo Collegij veteris, unà
cum Privilegijs et Diplom^{III}atibus
adserventur. Secretum autem unà
cum Sceptis apud Rectorem Ma-
gistratum gerentem.

II.^{do} Usus quippe Sigilli maioris sit in
gravioribus, veluti Privilegijs
Universitatis, Redditijs, Censibus,
et magnis Contractibus obsignandis.
Verum judicialia, et testimoniorum
Scripta tam graduum alicuius fa-
cultatis adeptorum, quam Cau-
sarum. Littero vero promo-
tio, Epistole, et Mandata Reg-

toris, et Consilij, Secreto muniri Debebunt.

III.^{tiò} Cum itaqz odiosum, fastidiosumque sit, Rectorem toties inquietari ratione Sigilli, constituimus, ut studiosus quisvis Litteras Testimonij nomine flagitans exponat pro Sigillo nunc Imperialem :
Pro judicialibus et Intercessionariis triginta Crucigeros : Pro Litteris Telonij sex Crucigeros, nisi magnitudo Eorum aliud efflagitet.

Caput VI.

De Quatuor Facultatibus.

I.^{mò} Esti rerum Summam genes Rectorem.

tanquam supremum Academiæ Caput,
esse volumus, quia tamen Univer-
sali Studium est, in quo bonæ Artes
omnes et honestæ Disciplinæ iuxta
maximorum Pontificum **W**ivilegia
et Concessionem doceantur, et con-
ferrentur; Ideo ordinamus
etiam, et statuimus, ut totum Aca-
demiæ Corpus in quatuor secer-
naretur Ordines, seu /, quas appellant:
Facultates, Theologorum scilicet,
Jurisperitorum, Medicorum, et Phi-
losophorum, quorum unaquodque
propriam habeat Collegiam, et De-
canum, eiq; statuatur omnia, et san-
ciat, quæ ad ejus Facultatis bo-
num, et incrementum spectare vi-
debuntur, cum primis verò, quod
ad docendi munus, audiendiq; et
promovendi rationes pertinet;
Curet quoq; facultas diligenter,
ut pro Studiosorum utilitate, et

Academico honore ea prociue pro-
legantur, et doceantur, quo ho-
nesta sunt, iudica, et utilia, et ut
in distribuendis honoribus singula-
ris Delectus adhibeatur, ne qui-
buslibet statim citra omne discrimen
honorum gradus decernantur.
Sicut enim dignis merita laborum
proemia sunt deferenda, ita in-
dignis haud iniuriâ denegari pos-
sunt, et debent.

II^{do}. Porro cuiusque Facultatis De-
canus, qui iuxta illius faculta-
tis Statuta legitime ordinatus
fuerit, non prius se officio abdi-
cet suo, quam Rector supremo Ma-
gistratu defunctus fuerit, cui et
ipse in consultando operam suam,
quâ poterit fide, et Diligentia lo-
cet, fideliterque illi assistat, seu
id exigat iudiciorum, seu aliarum

rerum agendarum necessitas. Tum
autem officium suum se rectè fecisse
credat, si Reipublicè bonam pro sua
virilij portione rectè promoverit, et
curaverit.

III^{tiò}.

Ita autem salva esse volumus, et
libera cujusque facultatis jura
et Authoritatem, ut nulla aliam
impediatur, in negotiis, causis, et
tractationibus, nève superior in
inferioris Detrimentum quicquam
statuat: Hoc etiam prudenter ca-
veatur, ne quidque facultas
aliqua statuere tentet, quòd in
prejudicium fuerit Universitatis,
aut Decretorum ejus; Sed, quòd
si forte fuerit, et à supremo Ma-
gistratu admonita desistere no-
luerit, Contumacia illius et pro-
tervia ad Electorem deferri potest
et debet.

IV.^{to} Volumus denique, ut horum Statu-
torum Exemplar unaquòque Fa-
cultas penes se habeat, ad quod
Decanus quilibet, si opus fuerit,
recurrit possit, quia Durante suo
Decanatu Rectori assistendo, et
consulendo assistere debet.

Caput VII.

De Cultu Divino.

I.^{mo} Nichil docent littero sacro dili-
gentius, et inculcant crebrius,
quàm Cultum D.E.I. Nam quid-
quid verè bonum est, id ab Authore
bonorum omnium venit. Quare,
ne et in nostra Republica illum
neglexisse videamur, principio
statuimus, et mandamus, ut qui-

libet Rector ipsa Electionis die
sem Divinam De Spiritu sancto pro
felici futuro Rectoris inaugura-
tione fideliter fieri curet.

II.^{do} Rector post renovationem studiorum
electus duo sacra peragenda insti-
tuat, alterum quidem pro ijs defunc-
tis, qui in nostra Academia ex
hac vita pie Deceperunt, alterum
verò in **Virgine** Virginis Matris Mariae
laudem, et honorem. Quibus fa-
ctis et omnes Jurisdictioni nostrae
subiecti, cujuscumque ordinis, Sta-
tus, et Dignitatis fuerint, re-
legiosè intersint, sub poena arbitra-
ria infligenda precipiant.

III.^{tiò} Ahortetur etiam Rector Sacerdotes,
siqui forte studiorum gratiâ hic
fuerint, ut pro bono incremento, et
Conservatione Scholae nostrae, pro

Principalibus, Item Fundatoribus,
Benefactoribus, Doctoribus, Ma-
gistris, et toto Studioforum Coetu,
simul et ijs, qui, DEO sic volente,
ex hoc Saeculo egressi, pie in Christo
Domino dormiverunt, orent.

IV.^{to} Statuimus etiam, et precipimus,
ut omnes digniores huius Studij per-
sonae, Doctores, Licentiatij, Magi-
stri, ac Nobiles statis diebus Festis,
maximè solennibus, oblationes suas,
iuxta sacrosanctae Ecclesiae Con-
stitutiones ad Altare religiosè
offerant, ne quisquam scilicet in
Conspectu DEI vacuus appareat,
in Contemptores poenà arbitrariã
animadvertatur.

V.^{to} Volumus etiam, ut iuxta morem
et consuetudinem aliarum Acade-

miarum certis Diebus Ferijs oratio-
nes pio simul et Docto De rebus
gravidis ad studiosam Juventutem
habeantur.

VI^{to} Item si contigerit, aliquem ex illustri
familia ortum, Doctorem, licentia-
tum, Magistrum, aut insigni alio-
qui generis nobilitate clarum è
vita Decidere, Rector indictis Ferijs,
omnibus Jurisdictioni nostro Sub-
ditis mandet, ut funeri Deducendo
interfint, idque suâ presentia co-
honeffent, porro ad exequias pro-
ceres, et qui Dignitate, aut ge-
neris nobilitate proffiterint, per
Bedellum vocentur.

VII^{mo} Si autem Princeps noster Serenissi-
mus, aut Serenissima Coniux illius
; quod DEI optimi Maximique Cle-

mentia die prohibeat. / natura con-
cesserit, Rector convocata tota scho-
lastica multitudine exequias illig-
eo apparatus funebri, et pompâ pe-
ragi curet, quo Principe digna.

VIII.^{vò} Item ordinamus, et volumus, ut
Festo sanctissimi Corporis Christi
Festo omnes nostri Subditi, cujus-
cûq; ordinis, et dignitatis fu-
erint, solemnij processione summâ
cum Religione intersint, et quod
tunc fieri solent, cum alijs piè
exequantur.

IX.^{nò} Jam etiam, ut honorem DEI op-
timum Maximij cum primis, deinde
etiam Academiæ nostræ promovea-
mus, volumus, et statuimus, ut
in proximis Ecclesiæ Festis Rec-
tor, unâ cum Consiliarijs, et toto

scholastico cœlu, Sacris ad Divam
Virginem Matrem Mariam inter-
sit. Ut autem solitâ pompâ,
et frequenti omnium Subditorum
Cœmitatu, eò Deducatur, procedenti
die publico edicto mandet, Contemp-
tores verò poenâ arbitrariâ puniat.

X.^{mò} Festa autem præcipua, quibus
hunc honorem, et Reverentiam à
nobis Deferrî volumus, hoc esse de-
claramus: Nativitatis, Resur-
rectionis Christi, Pentecostes, As-
sumptionis Mariæ, omnium Sanc-
torum, et Immaculato Conceptionis
Beatissimæ Virginis Mariæ, sub
eadem quòque poena severè præci-
pientes, ut omnes omnium Ordinum,
et Dignitatum Studiosi in iam
dictis ferijs Divina officia religiosè

audiant, auditis illis Rectorem
inde ad Sedes suas honorifice comi-
tentur, et deducant.

XI.^{mo} Speciali quoque Mandato Serenissi-
mus Rex et Elector Maximilia-
nus sepius curavit, et omnes Academiae
jurisdictioni subiecti. Si catholi-
cam fidem profiteantur: non secus,
atque Magistratum aliorum Sub-
diti, schedulas tempore Paschali
S. Eucharistiam summentibus, in
utraque huius oppidi Parochia Dari-
solitas recipiant, eandemque fe-
rijs finitis Rectori Universita-
tis, aut suo quilibet Parocho,
in cuius Parochia eo tempore
habitat, per Gedellum, et unum
vel alterum de Subditis nostris,
ad ejusmodi Schedas colligendas

gedello adiungendum, transmittant,
quatenus Ecclesie procepto hac in
re satisfecisse noscantur.

Caput VIII. VI

De Professoribus, & Lecto- ribus Ordinarijs.

I.^{mo} Ne quilibet docendi munus statim
sibi usurpet, volumus summum ha-
beri Delectum, non minus in Pro-
fessoribus ipsis, quam libris, et
prolegendis Authoribus. Ordi-
namus itaque, et statuimus, ut
nullus ad publicè docendum ad-
mittatur, nisi prius coram toto
Senatu Academico legitime se in
eadem Professione Insignibus exor-
natum, manifestis, et sufficientibus
argumentis docuerit.

II.^{do} Porro Docendi muneri, ita, ut
diximus, legitimè, priusq; pub-
licè Docere incipiat, profecto ju-
ramento polliceatur, bonà se se
fide, et Diligentia, quâ poterit,
summâ, ea Sumtaxa Docturum,
quo pro Auditorum Utilitate esse
cognoverit, alienis negotijs se
non involuturum, ijs maximè,
quibus à Docendi officio impediri
possit: Qui, si negligentiarum
fortè convictus fuerit, Rectoris
et totius Senatus arbitrio poenam
se subiturum promittat.

III.^{tio} Ut autem poena, quo negligentijs
debeat, quàmque Censuribus
imponi volumus, neminem ca-
teat, statuimus, et Decernimus,
ut pro qualibet neglecta Sectione
juxta cujusq; Solarij numerum

et Quantitatem De centum aureis
Dimidius Detrahatur; Theologis
autem, qui alternis Duntaxat vi-
cibus legunt, eam mulctam Dupli-
candam censuimus.

IV.^{to} Porro Rector statim ab initio ad-
ministracionis sue omnes Profes-
sores ordinarios ad se vocet, eo-
rumque negligentias, proferte
etiam Camerario, inquirat, quas
ipsi, postquam bona fide prout ju-
ramento adstringuntur, depose-
rint, et assignarint, Rector poenas
proscriptas declaret, eisque im-
ponat, nisi forte graves alicui
causa fuerint, cur Senatui indem-
nis videri debeat, ac possit; Cau-
sas autem Sectionum neglectarum
legitimas, et rationabiles esse
putamus, et Declaramus; Afflic-

XI

tam valetudinem, Sanguinis di-
minutionem, Cui biduum, medi-
cam Corporis Curationem, cui
unam diem concedimus, et indul-
gemus, aut si forte quispiam
proprijs negotijs, quo neque sine
suo malo negligi, neque comode
per Litteras, aut Procuratorem,
expediti possent, occuparetur;
Ad hoc accedere possunt Serenis-
simi Principis, ejusq; Consilia-
riorum Negotia, aut etiam ne-
gociarum Cōhonestationes, quo tñ
omnia, et alia ijs ⁱⁿ maiora, Se-
natus nostri Consilio, et prudentia
estimanda relinquimus.

Caput IX.

De Vacationibus, atque Ferijs.

I. ^{mo} Ne autem perpetuus Docendi labor
Professoribus paulò molestior vi-
deatur, et, ut interdum rebus quoqz
privatis, et utilitati suæ studere
possint, Férias, et Vacationes maio-
res statuimus, et Decernimus, in
omnibus quatuor facultatibus
à Festo Sancti Bartholomæi,
usqz ad festum S. Lucæ: Item
à Festo S. Thomæ Apostoli, usqz
ad alterum immediate postrium
Regum Diem: Publico etiam Feriis
habeantur à Dominica Palmarum,
usqz ad Dominicam Quasi modo
geniti Diem: Quæ Dies quoque
 Rogationum, et Octavas Corporis

Christi, solitas ferias concedimus,
et indulgemus.

II^{do} Vacationes autem minores sequen-
tibus diebus esse volumus, et de-
claramus: S. Joannis Crisostomi:
S. Thomae Aquinatis, S. Gre-
gorij Magni, S. Benedicti, S.
Joannis ante Portam latinam, S.
Jeronis, S. Ignatij Loyola, Festo
Portiunculae, S. Rochi, S. Francisci
Xaverij, S. Barbarae, S. Luciae,
nec non ijs omnibus, quibus iuxta
S. Matris Ecclesiae Constitutio-
nes, aut Dioecesis Eystadianae
consuetudinem receptam Civitas
hoc Ingoestadiana ferias indictas
agere, et celebrare consuevit:
Die autem Jovis, quo extraordina-
rij legere solent, ordinarij non le-
gant, Jurium tamen Professores

manè ab hora octava usque ad
Decimam more antiquo sua privata
Collegia habeant, quo etiam à Me-
dicis instituenda esse Serenissimus
Electos Maximilianus sancivit.
Permittimus quoque eos dies, quibus
Jurium et Medicinarum Professo-
res, aliquando ex certis Camera
causis et negotijs occupantur.

III.^{tio} Porro Professore ordinario à Prin-
cipe docendi gratiã huc accito, si
forte rebus suis melius prospectu-
rus, et ad meliorem conditionem
aspiraturus abire à nobis desti-
naverit, semestre constituimus, ut
ante illud, priusquam hinc discedat,
Principem, aut saltem Consilium
nostrum Academicum de abitu suo
certiorem reddat. Quemadmodum
et Princeps noster Serenissimus
vicissim sese hoc facturum, si

aliquem forte dimittere voluerit,
benignè pro suo favore, et
clementia promisit, et constituit.
Prohibemus etiam, ut non Doc-
tores, et legitimè non promoti
in Cathedras superiores, quo Am-
plius duntaxat Doctorum Or-
dini destinato sunt, non consen-
dant, Verùm ij publicè docendi
potestate impetrata, in inferio-
ribus tantùm Subsellijs consistant,
et se se contineant.

Caput X.

De inscribendis, & recipi-
endis in Album Acade-
micæ Nostræ.

I. *Imò* Solumus, atque sancimus, studio

rum causã huc venientes ultra oc-
fiduum hie non morari, quin nomẽ
Albo Universitatis nostre tradant,
prostito Rectori Juramento De
Serenissimi Principis nostri, et
Scholo nostre Commodis pro viri-
bus promovendis, incommodis
autem avertendis, sub tali formã.

Ego N. juro, me Serenissimi Prin-
cipis, et Domini Domini Maximi-
liani, Comitis Palatini Rheni,
Superioris, Inferiorisq; Bavariæ
Ducis S. R. Imperij Archiduci-
feri, et Electoris, atq; Successorũ
suarum, et Scholo nostre comoda
pro viribus promovere, Incommoda
verò avertere, neq; suo Serenitati,
sive Universitati, sive huic oppido
unquam ullum Damnum, seu Detri-
mentum adferre velle, quamdiu hie

Studentes fuero, atque Academia Privilegijs gaudere voluero, Quod si vero Damnum fecero, id ipsum re-sarciam iuxta ipsius Universitatis Dispositionem.

Juro item, me observaturum Statuta, et statuenda, ac laudabiles consuetudines huius Academiae Ingolstadtensis, donec ibi studentes permanero: Quod si non ero dicto audiens, poenam transgressionibus constitutam, aut per Rectorem officinendam, sustinebo.

Juro proterea libertates et privilegia, atque obtemperaturum Rectori Universitatis, et singulis Rectoribus pro tempore eligendis, in omnibus licitis et honestis, quibus unacum studij huius regentibus dignam exhibebo reverentiam, et

honorem, quem admodum Decet.

Jus poro accipiam coram Rectore
in prima Instantia, in quibuscumque
causis, negotijs, aut Contractibus,
sub tempus Studiorum meorum hic
natis aut exortis, ad forum Gym-
nasij Litterarj pertinentibus, dum
tamen salva sint mihi Juris reme-
dia.

Juro postremo, me non habiturum fa-
mulum, nisi qui in Catalogum
Studioforum sit relatus, aut saltem
mihi iuratus fuerit, Serenissimj
Principis nostri, atq; Academiæ
bonum, et Commodum se procuratu-
rum, Item et Rectori obtempera-
turum, sine fraude, et captione.

Sic me D.E.I. adiuret,
et hoc facta D.E.I.
Evangelia.

II.^{do} Omnes quoque Scholae nostrae iurati, eos, qui sub ficto scholae titulo hic degunt, Rectori iudicare obligentur.

III.^{to} Qui autem propterea studij huc veniens nomen suum Albo Scholae dare recusat, is tanquam Academiae privilegii indignus Civico Magistratu tradatur, et oppido expellatur, Decreto Serenissimi Principis Alberti Senioris.

IV.^{to} Numeret autem Episcopus vel Princeps pro inscriptione tres florenos.

V.^{to} Abbas, Propositus, et Decanus Ecclesiae Cathedralis, simul etiam Comes, et Baro duos florenos.

VI.^{to} A Scholari Theologiae, Juris, Me-

Dicendū accipiantur sexaginta qua-
tuor nummi.

VII.^{mō} Artium Scholaris Rectorij pro in-
scriptione persolvat quadraginta
octo nummos.

VIII.^{mō} Pauper, et inops nihil solvere
cogatur.

IX.^{mō} Doctor, licentia tus, et Magister
ex alijs Academijs huc veniens,
gratis inscribatur.

X.^{mō} Et quia hactenus experti sumus, non
nullos non modō ex Angoestadiensi,
verū etiam propinquis Gymnasijs,
nullo suo bono, sed plerūq; in Pro-
ceptorum suorum contemptum intem-
pestivē publicis Sectionibus Aca-
demicis se ingerere, ideo deinceps
nemo admittatur ad ullas Supe-
riorum Facultatum Sectiones, qui

idoneo Gymnafij, in quo Litteris
operam dedit, testimonio non pro-
baverit, se per annum Rhetoricam
audivisse, nisi iudicio Senatus A-
cademicij rationalis causa aliud
iudicet.

XI.^{mo} Quilibet porò hic studentium no-
verit, se saltem duorum Professo-
rum ordinariè profitentium Lec-
tiones publicas quotidie audire
obligatum esse.

XII.^{mo} Cum deniq; multum rei Litterariæ
interfit, ut legitimè constet, quas
unusquisque studentium per an-
nam Lectiones, et quam frequen-
ter et constanter audierit, ideo
quolibet Facultas quovis anno
post renovationem studiorum pub-
lico affixo programme Auditores
suos convocabit, ut partim no-
mina inscriptorum recognoscantur,

partim verò ij, qui à proxima Inscribe-
tione ad Academiam primùm accesserunt,
De novo inscribantur.

Caput XI.

De Privilegijs, & Immuni- tatibus Scholæ nostræ, & earum Observatione.

I. Quia autem gratia et favores Vir-
tuti locò proemij esse solent, no-
stras Immunitates, Libertates,
et Privilegia non turpi otio de-
ditis, nec tepori, aut Desidio ad-
dictis, concessa volumus. Verum
eos, illorum participes facimus,
quorum opera in optimis studijs,
et vitâ excellendâ consummitur,
et qui ad hoc Gymnasium velut
ad Virtutis et Doctrinæ emporiū
veniunt; Beneficium enim sicut

rectè et prudenter majores nostri
dixerunt: non nisi propter offi-
cium conceditur. Qui igitur
vel nullis sectionibus interfunt,
vel oscitanter eas audiunt, pro-
via admonitione ab Academia
nostra removendos statuimus.

II.^{dò} Sedulo quoque observandum proci-
pimus Mandatum à Serenissi-
mo Principe Ludovico a^o 1477.
Die 21^{ma} Septembris, presentibus
Rectore, Judice huius oppidi, et
utriusque Magistratus Senato-
ribus aliquot confirmatum, et
acceptatum per Rectorem, et Se-
natum Academicum, ne in prohen-
dendis, aut in vincula conicien-
dis Studiosis ratione Captivita-
tis per Apparitores, aut vigiles
à Captis quicquam pecuniarum exi-
gatur.

III.^{to} Nulli etiam Apparitorum, Vigilum,
aut aliorum fas sit, contra Confes-
sionem et veniam Rectoris, et Con-
siliij aliquem Scholarium ex cujus-
quam odibus vj educere, eicere,
aut alio quovis modo manus, violen-
tas inferre.

IV.^{to} Profatus Serenissimus Princeps hec
etiam Decreto confirmavit, Scho-
lares omnes in accessu, et abitu
à Telonio et Vectigali immunes
esse, atqz etiam Liberos ab ijs ex-
actionibus et Acuris, ut vocant,
quo alias oppido Ingolstadiensi
penduntur, exceptis tamen ijs, qui
negotiationes, aut similes Contrac-
tus exercent, et ijs, qui odes, vel
procuriam in Districtu oppidi Ingol-
stadiensis emerint.

V.^{to} Rector quoqz Scripta Scholaribus
Testimonia ad Telonarios concedat,
ut causâ cognitâ protectionis à

Telonio immunes Dimittantur.

VI.^{to} Serenissimus quoque Princeps Ludovicus permisit, Laicos, et Foistas, fortuitos homicidas, non tamen malefactores, ex Declaratione Serenissimi Ducis Alberti etiam tutum asylum habere in Collegijs, et doibus Juris Consuetorum, secus sit, si cosus sit scholaris.

VII.^{mo} Captum quoque studentem decrevit cum omnibus bonis suis sine mora Rectori tradi, de quo autem incertum, an sit scholaris, in hunc captum nihil durius agatur, atque in custodia honesta interim detineatur, quousque constet ex diligenti Cathalogi Scholarium inquisitione, nomen ipsius in Album nostrum non esse receptum; Agnitus autem pro Studioso, Rectoris potestati cum omnibus suis bonis concedatur.

VIII.^{vo} Rector, et consilium, quotiescunque
in reprimenda et fronanda ferocia
Scholarium Profecti officii, Judicis,
aut Consulis auxilio opus habuerit,
petieritque, concedatur illis illico,
et sine recufatione, statuentem
etiam sic Rectorem et Consilio, in
publicas Civium Custodias pro de-
licti genere et qualitate Duci
poterunt.

IX.^{no} Exclusus et privatus iustis de cau-
sis privilegij Universitatis et
exclusionem illius Profecto, Judicij,
et Civium Magistro significatam,
à nominato iam Magistratu au-
pidum illi intra spatium à Senatu
Academico determinandum inter-
dicatur, nec unquam recipiatur,
nisi consulto et consentiente Rec-
tore et Consilio Universitatis.

X.^{no} De occisoribus Scholarium Serenis-

simus Princeps decrevit standum
juri Communj: Qui autem eorum
aliquem mulctaverit, illum gra-
viter plectendum statuit Serenitas
sua. Vult verò Scholares omnes
à Civibus et Magistrata eorum
foveri, Defendi, eorumque Viola-
tores graviter puniri.

XI.^{mo} Nemo extra Ordinem scholasticum
Libros Scholaris cuiusdam emerit,
vel pignoris loco accipere audeat
sine Rectoris permissione, trans-
gressor amissione Librorum pu-
niatur.

XII.^{mo} Scholari ab intestato decedente, Rec-
tor tantum et Concilium de bonis
illius secundum Jus et equum di-
sponendi et distribuendi potesta-
tem habent, et non potestas Sæ-
cularis.

XIII^{to}

Serenissimus Dux Albertus anno 1507. sancivit, omnes Academiae Doctores, Professores publicos, nullas odium, quas possident, et incolant, exactiones, seu stentas, ut vocant, annuas, solvere, neqz oneribus gravari publicis. Sed si plures alias conducunt, pro illis pares cum alijs civibus pendere debebunt. Hoc Decretum Serenissimus Dux Wolfgangus voluit quoqz extendi ad domum frumentariam Academiae, et Granarium Universitatis Aichach.

XIV^{to}

Ordinavit etiam Serenissimus Princeps Albertus, Civium proclamationes, et sanctiones neutiquam constringere scholasticum ordinem. Si tamen eo Mandato conciliantur animi, et ad concordiam aluntur, quidam ex Senatu Civico Rectorem pro eisdem obser-

vatione addeant, qui illud ex sen-
tentia Romingorum de Universi-
tate, quia de bono publico est,
et ut ex dispari vita nulla orij,
aut disfidij Seminaria nascan-
tur, Rector scholaribus etiam de-
nuntiabit.

XV.^{to} Celsitudo profati Principis sta-
tuit, Cives curare Debere, ut vic-
tus, potus, Carnes, pisces, panes,
et huiusmodi tolerabili pretio
vendantur, et ut scholares facili
pecuniâ necessaria vita conqui-
tere queant, sin autem Charitas
oriri videatur, Rector et Cónsi-
lium Universitatis tantum apud
Cives obtinere Debent, ut ingenis
fori pretium imminuatur.

XVI.^{to} Studiosi nostri non graventur Cen-
su hospitiorum, et habitationum
à Civibus, sin autem disceptatio

locatorem, et Conductorem Concla-
vis De causa oriatur, re per equos
Dilectam arbitros, componatur.

XVII.^{mo} Et ne studiosi occasiones habeant
negligendi bona studia, sancivit
Serenissimus Princeps Albertus,
nullos Scholares citra honestas
causas nocte in Cauponum Odes
recipi, vel admitti debere ad
potum, crapulam, aut lufum
exercendum, multo minus arma,
et occasionem confligendi Cives
illis permittere debent. Hujus
Statuti neglectores, pro qualita-
te Delicti graviter puniantur
a Magistratu Civico.

XVIII.^{vo} Interdicimus etiam Studiosis nostris,
ne in publicis hospitij, ubi pere-
grini hospitantur, habitent,
et ibi hypocausta vel Cubicula
conducant.

XIX^{no} Munificentia quaeque Serenif-
simi Principis Wolfgangi hoc
Privilegium Scholo nostro per-
missum est, quod omnium Ordini
num Professores publici, omnes
Collegiati cum Regente novi Col-
legij una cum quatuor Magi-
stris, quibus permisum fuerit,
a Rectori, et Senatu scholasti-
co cum Personis Illustribus, et
Prolatis, si factem quilibet eo-
rum ultra unius mense numerum
commensales non aliat, Vina et ce-
revisiam pro se et suis sine ulla
exactione coemere, condere, at-
que reponere queant.

XX^{mo} Ultra decem florenos. iuxta Se-
renissimi Electoris Domini Ma-
ximilianj 3^{ia} Aprilis 1602. emis-
sum Decretum. Creditonibus non

adiudicetur, Sumptibus quoti-
dianis victus, et alijs necessarijs
exceptis.

XXI.^{mo} Sacerdotum quoq; Primitivo
prandio absolvantur, et numerus
personarum relegatur regulatur,
iuxta Statuta Gavarica.

XXII.^{do} Omnes etiam omnino inutiles
Sumptus, qui hactenus in de-
positione, ut vocant, eorum,
qui Novitij musis inicianur,
fieri solebant, penitus sublato
volumus, nec pauperes ultra
quinque Lacos, Ditiore vero
ultra florenam in moneta non
exponant.

XXIII.^{tio} Nostros etiam Subiectos volumus
observare Statuta Civium in
Nuptialibus, Compis, Nobilibus,
et Doctoribus in ea parte exceptis,

quibus à Rectore, et Decanis mai-
ores Solemnitates permitti, et con-
cedi possunt.

XXIV.^{to} Statuit quoque Serenissimus Prin-
ceps Profectum Civitatis, vel
locum tenentem, et Protorem ju-
ramento confirmatos, se has
Immunitates et Privilegia, si
opus sit, executuros, et vindica-
turos.

Caput XII

De abdicantibus & renun- tiantibus Privilegijs Academice.

I.^{mo} In Scholaribus, qui Privilegijs
Academice se abdicare volunt, ta-
lis servetur ordo.

II. ^{do} Iſ, qui ſe exemptum cupit, è nu-
mero Studioſorum, animi ſui huius
ſententiam apud Reſtorem, et
ſenatum Academicum Depromat,
et cauſas abdicatiõnis proferat,
quod ſi iuſto, et urgentes fuerint,
admittatur renuntiatio. Sin
autem ſucato, colorato, ficto,
et inſufficientes extiterint, acci-
piatur quidem renuntiatio, nihil-
ominus ſequens animadverſio in
illum exerceatur.

III. ^{to} Primum, qui ſe Privilegijs Univer-
ſitatis exuunt, ſtent, cadantq;
iudicio Univerſitatis in Delictis,
quod ſi rebelles ſint, gravius in
eos animadverſatur penes ſeno-
rem Statutorum.

IV. ^{to} Secundò nomina abdicantium
Magiſtratus in hoc oppido ſig-
nificentur, ut exploratum illis

set, eos Legibus Scholæ nostræ cau-
tos.

V.^{to} Tertio, à Sectionibus, quotquot re-
nuntiant, Privilegijs, et publicis,
et privatis arceantur.

VI.^{to} Quarto, eorum iniusta renuntiatio
aut Parentibus, aut Patrono, aut
Collegio Ecclesie, vel Episcopo,
si de Sacerdotio vivunt, nuntie-
tur, ut, quod illis visum fuerit, de
eo statuant, neve ignorantiam
proferant.

VII.^{mo} Quinto et ultimo, nomen renunti-
antis iniustus modis ex Albo Scho-
larium expungatur, nec denuò
recipiatur, nisi veniam impetratâ,
factum à se imprudenter, et inde-
center testatus fuerit, coram Rectore
et Consilio, nec denuò inscribatur,
nisi tres florenos cum pecunia, quo

pro inscriptione alia's dari consue-
verit, numeret.

Caput XIII.

De Moribus Scholarium, Eorum Obedientia, et Vite Innocentia.

I.^{mo}

Cum sancta sit obedientia, ijs
procipue exhibita, quos DEUS
optimus maximus, et Leges nobis
proposuerunt, statuimus, atqz
Decernimus, scholares semel, vel
à Rectore, vel à Senatu Acade-
mico per communem famulum vo-
catis, loco et tempore ijs mor-
strato, posthabitis ceteris omnibus,
comparere debere, et quidquid
Rector, aut Senatus iusserint,
sine omni recusatione subire,
atqz Decentem et competentem
dictis et factis profecto Magi-

Stratus, ut perjurij Crimen non
incurrant, honorem exhibere.

II.^{do} Quia ex veste habitum animi con-
iicere licet, volumus vestitum de-
centem, honestum, et talem gestari,
quo possunt Studiosi discerni à
militibus, vel potius Còmicis.
Imminò prohibemus, ne Studiosi
in plateis sine pallio, eòve non
Decenter tecti incedant, aut ar-
mati ad Lectiones publicas acce-
dant.

III.^{tiò} Prohibemus quoque omnibus no-
bis subiectis, ne unquam animi
causã in templis Deambulent, si
quis contra fecerit, poenam ex-
pectabit.

IV.^{tò} Perforatus quoque et velatus
facie, ut cognosci non queat,

nemo Alumnorum Scholæ, aut in-
grediatur oppidum, aut egrediatur,
quòq; sub poena Carceris à Rectore
rectè infligenda. Qui nos ve-
landi faciem, Cùm nos brutis, quàm
hominibus reddat similiores, tem-
porè etiam dierum, ut vocant,
Bacchanalium in universum evi-
tari debet; Nam et codes, et
alia mala plurima sub his vesti-
mentorum involucriis, et exuviis
patrari possunt. Quòd si quis
expressum Mandatum observare
non volet, à Vigilibus deprohen-
sus et agnitus ad Rectorem, si
scholaris est, Ducatur, et arbi-
trariè puniatur.

V. to De excubijs nocturnis ratum ac
firmum hoc esto, quod hac in re
statuit Serenissimus Princeps
Albertus, arma tamen Studiofis
justis ex causis adempta non

Vigilibus, sed Lectari cedant, qui
excubitoribus pro singulis gla-
dijs sex cruciatus numerare te-
neatur.

VI^{to}. Et quia magna Pars Studij cau-
sa huc venientium, aut sub
Proceptoribus, aut Professoribus de-
git; Ideo iubemus quemlibet,
cui mundus regendi iuventus
commisum est, suos Discipulos
non solos relinquere, sed eis adesse,
et Decenter comitari, inquirere
etiam, ne extra habitationem
sibi Delegatam quisquam pernoc-
tet, arma etiam Moderatores
huius aetatis ad se recipiant, et
si quid improbum aut illicitum ab
illis agi Compererint, in eos ani-
madvertant, Moderatores autem
Iuventutis officij sui neglecto-
res Rector et Senatus poenam ar-

bitariâ afficiat, Collegia etiam
à suis Gubernatoribus ad pulsum
excubiarum, vulgò *hospitibus*,
diligenter claudantur.

VII^{mo} Decernimus autem, atque san-
cimus, nullum Scholarium tem-
pore incendiij, Seditionis, Con-
claminationis, aut invasionis bel-
lico, et hostilis noctu, et interdum
ex sua habitatione excurrere De-
bere, aut visendi, aut incendium,
atque tumultum restringendi eâ,
nisi studentis socij domus igne
sit correpta, aut ab aliquo,
cujus potestati reluctari nefas,
vocetur.

VIII^{vo} Porro nec quisquam Alumnorum
Scholæ nostræ huiusmodi, vel
cantum, clamorem, vel tumultum
in suo Conclavi excitet, pro-
hibemus, quo vicini, aut alij

turbari possent, multo minus cui-
quam liceat, bombardam, seu
scelopum in Civitate dissipare,
sub gravi admodum poena.

IX^{no}

Similiter ab ignium missilium
projectione, ac pilarum ignitarum
eiaculatione in Oppido unusquis-
que abstinere debet; Severè etiam
iuxta Clementissima ad nos exarata
Decreta prohibemus, ne Studiosi Fe-
ras ulli modo, tam minores, quam
maiores iaculentur, vel cum Bom-
bardis, quibuscumque tandem, vulgo
mit flint, extra portam egredi-
antur, aut eas in Civitate ex-
plodant, sub poena, propter ademp-
tionem Bombardorum, gravissima.
Similiter ne gladios punctorios, vul-
go longo Korn & Argon, aut alia
per se illicita arma, ubi sunt vulgo
Kornroll, Willot & getant,

alias enim ad omnes incommoditates,
quod iidem timeri possunt, averten-
das, Amplissimus Senatus Acade-
micus ejusmodi Arma prohibita
Studiosis auferre, et ea interim in
certo loco deponenda, non nisi ad
eorum discessum restituere, à sua
Serenitate Clementissimè iussus
est.

Caput XIV.

De Judicialibus.

I. mo Quandoquidem in frequentia et
multitudine Scholasticorum sope
Controversie oriuntur, ut jure
sit agendum, De hac etiam parte,
quod ad Judicia pertinet, Dili-
genter est precipiendum.
In primis ergo statuimus, ut qui-

cūque in Universitatē nostrā
Subiectis adversus alium pariter
Albo Scholæ nostræ inscriptum age-
re voluerit, eum coram Rectorē
conveniat, ne ad alium Judicem
evocare, aut pertrahere presum-
mat, multa duorum aureorum
transgredienti infligatur.

II. do Sic etiam eos, qui citantur, volu-
mus parere Rectori Imperis. Quod
si detrectaverit, et contumaces
fuerint, pro qualitate contuma-
ciæ puniantur.

III. tio Quod si quis Rectori executionem
paranti obtemperare noluerit, et
in ea contumacia persistiterit, mo-
neatur primū litteris publicè
affixis in locis solitis. Deinde
in toto Consilio proponatur ejus
perversa mens, et contumacia.

Decernant postea Domini in Consilio,
et si visum fuerit, contumacem
tanquam membrum vitiatum re-
scindant, et excludant. Plenius
autem habetur in Articulis Supe-
rioribus de illis, qui renuntiant,
quomodo sit procedendum.

IV.^{to} Permittimus etiam, ut Studiosi
quolibet negotium suum, et cau-
sam per se proponat, si que de
simplici et plano, ut loquantur,
defendat. Ubi tamen statuit Se-
renissimus Elector Maximilianus,
ut talis vulgari lingua in iudicio
utens non audiatur, sed Latino ser-
mone coram Academicis Magistra-
tu suas causas /: quod fieri potest, /
proponere ac persequi teneatur.

V.^{to} Cum leges omnes ad tollendas con-
troversias properare iubeant, et

maximè detestentur procrastina-
tiones litium, nos prociquè indig-
num iudicamus, ut Rector et Af-
sesores litigios nimirum protra-
hendis defatigentur, et Partes
diutius versentur vexentur.

quare hoc Procuratoribus inter-
dictum volumus, et sic statuimus,
ut quolibet causa civilis, quæ n̄
transcendit 20 florenos summarè,
simpliciter, et de plano absolva-
tur, et Determinetur. Sin cau-
sa, quæ vertitur, viginti auro-
rum valorem superet, aut statum
hominis, sive iniuriam aliquam
atingat, libellus scriptus offe-
ratur, quem Gabello ad Acta
referat, et sic in causa solenniter
procedatur, tamen semper frivolo
et impertinentes dilationes am-
putentur. Copiam quoque

Carta adverso exhibeat Notarius
solutio pretio.

VI.^{to} Si fuerint ex nostris constituti Pro-
curatores, extranei non admittan-
tur, et cum utroque citroque scri-
bantur acta, id fiat sermone, nisi
Rectoris permissione aliud conce-
datur.

VII.^{mo} Si quem Rector abire, aut res suas
affortare prohibuerit per arresta-
tionem, atque sine Rectoris, par-
tiumve Consensu receperit, propter
contumaciam illam abeundi Decem
florenis mulctetur. Quod si ar-
duum fuerit negotium, maior etiam
mulcta irrogabitur, imò etiam
ad poenam exclusionis potest procedi;
Hocque Statutum Rector peculi-
ariter debet tueri, et custodire
ejus observantiam, et nequaquam

Jurisdictione Universitatis violescat,
et à quovis contemnatur.

VIII^{vo}

À Mandatis, vel Proceptis Rec-
toris, qui appellare voluerit, po-
terit licetè ad plenum Consiliam
Universitatis causam suam referre,
sed tamen è Vestigio Deponere de-
bet autem ad manum Rectoris.
Si bene appellavisse fuerit proba-
tus, restituatur ipsi Depositus flo-
renus in auro, sin perperam fecit
in appellando, aut non prosecutus
fuerit, florenum amittat in poenam
temeritatis; florenò autem non
Deposito appellatiòni minimè De-
feratur: Quod etiam in appella-
tionibus à Consilio observari vo-
lumus. Hoc etiam non neg-
ligendum, cum, qui à Sententia
tam interlocutoria, quàm Definitiva

in Consilio prolatâ appellat, cujus
appellantis protervia et temeritas,
si fuerit probata, gravius ab eo-
dem Consilio puniatur. IIII

Caput XV.

Statuta

De Pœnis, & Mulctis ob Delicta Studioforum in- fligendis.

I. ^{mo} Quandoquidem Subiti ditionis Rec-
toris nonnunquam bene moneantibus
non auscultent, proinde, ubi quid
contra Decorem Designaverint,
et illud facinus Carceris poenam Com-
menerit, permittimus Studiofo cui-
vis, ut in vulgaribus Delictis unig

Diei carcerem redimere possit uno
aureo, nisi ita grave flagitium fe-
cerit, quod videatur Dominis maj-
ori supplicio dignum.

II.^{do} Serio etiam iuxta Serenissimi
Electoris Maximilianj Decretum
Clementissimum precipimus, ut
nullus deinceps Studiosorum Vesprij
amplius post horam noctis nonnam
in hyeme, aut post decimam in
estate sine gravissima causa, ac
singulari et inevitabili necessitate
/ et quidem ne tum absque lumine,
aut lucerna ardente, / in plateis
compareant, vel incedant.

III.^{to} Gravi quoque poenam obnoxij sunt,
qui tam infra, quam post predictas
horas noctu mutatis vestibus, et
Capucijs, vulgo Mohel Rappin
Dichis, obvelati incedunt, et dig-

nosci non queant, et qui vocife-
rantur, aut inhonestis, aut in-
temporivis cantilenis per vicos et
plateas utuntur, vel strictis gla-
diis sive clamoribus et Cantile-
nis incedunt, ijs lapides petunt,
obviam quemvis iniuriosis verbis
lacepsunt, aut provocant, vel etiã
cedunt, fenestras projectione la-
pidum aut similium rerum fran-
gunt, vigiles provocant, invadunt,
eos catervatim circumstant, aut
quoquo modo lœdunt, vel denique
quarcunque petulantias, et in-
solentias alias committunt ;
Contra huiusmodi erim pro quali-
tate Delicti sœpi nominatus Se-
renissimus Elector Maximilianus
ad poenam perpetuæ Relegationis
absque omni personarum respectu
procedi posse et debere, die 14^{ta}
Octobris anno 1643. Denuò man...

Davit, quod si quieti publicaliter
prospici, ac refractarij compesci
non possent, Profectus oppidi, et
Consules à Rectoris et Senatu Aca-
demico requisiti opem seriam et
sufficientem ferre ab ipsomet Se-
renissimo Electore specialiter
iussi sunt, Vid: supra Cap. IV.
n. 2. et Cap. XI. n. 8.

IV.^{to}

Ordinamus etiam, ut aleator
quivis, vel lucro vinarias taber-
nas crebro frequentans punitus,
arbitrio Rectoris pro qualitate de-
licti; Si incorrigibilis pergat in
hoc scelere, Custodia Gymnasij pub-
lico mandetur ad Decem dies con-
tinuos.

V.^{to}

Quicumque alium studiosum pri-
vatum loserit, absque tamen ef-
fusione sanguinis, et citra membri

cujuspiam mutilationem, unò au-
reò puniatur, qui si solvendo non
sit, Detineatur in Carcere; Si
verò lusus non sit privatus, sed
constitutus in Dignitate, aut in
officio Academiæ, vel Serenissimi
Electoris, vel huius Oppidi, aut
pars Corporis sit mutila facta,
tunc reus propter satisfactionem
leso parti poenâ arbitrariâ affi-
ciatur, nisi quis in Lectorem,
aut Assessores actionem paraverit,
aut proprio Marte, aut alterius
viribus nixus. Quoniam
tunc ad relegationem facinorosi
hominis, vel ad ejus exclusionem,
vel maiorem poenam pro qualitate
debiti prosperandum erit.

VI.^{to} Qui Convitia alteri dixerit, aut
talia scripserit, quæ famam et
honorem alterius todant. Et si

tamen suum nomen is Author ad-
scripserit, poenâ arbitrariâ mulc-
tetur, pro ingurio illato magnitu-
dine.

VII.^{mò} Proterea nihil affigatur publicè,
exceptis chartulis lectionum, et
Dissertationum, quas soepius pub-
licare necesse est.

VIII.^{vò} Cautum est insuper, ut nemo studio-
forum loca inhonestâ et suspecta
adeat, et si in aliquo huiusmodi
commoretur, inde statim, ut mori-
bus fuerit, migret, in quo, ni pa-
uerit, exclusionis poenam à Rec-
tore illicò experietur, moneſque
debent, alij Magistratus, si su-
specta sub ipsis loca, vel personas
eſe innotescit, ut illa è medio tol-
lant, ac purgent; Illas verò tan-
quam Scandala offensionis oppido

expellant; Idem fieri oportet, Cum
in Vicinia scorta, ad quos juvenes
quodque excurrere solet, se detinent,
ut nempe Magistratus cuiuscunque
loci debite requisitus ea non to-
leret.

IX^{no}

Quisquis vero Concubium forebit,
pro studioso ab Academia non ag-
noscat, et nullo modo defenda-
tur, exutus denique omni commodo
privilegiorum, atque immunitatum
nostrarum proclametur. Simpli-
ces quoque fornicarij gravius se-
quendi, quam hactenus ex se-
renissimi Electoris Maximilianij
Mandato norint.

X^{no}

Quoniam vero Concordia parvo res
crescant, serio statuimus, ut
nemo Doctorum, aut Professorum,
Auditorumque unius Facultatis
ullo modo calumnietur, aut detrahat

alicui alij Facultati. Equidem
si maledicendo talis monitus nihil
ominus pergeret contra Rectoris inhi-
bitionem, posset à Consilio Doctorum
et Magistrorum cum Senatus scho-
lastici Consensu penitus excludi.
Interdicimus etiam sub poena arbi-
traria per Rectorem et Decanos,
ut in Disputationibus modestia ser-
vetur, vitentur Convitia, et rixæ
immodestæ, nemo temerarius et pro-
tervus alium contumelijs exagitet,
nisi velit poenam condignam pro-
properè experiri.

XI.^{mo} Conspirationes, Seditiones nullò
modo fieri permittimus, neq; conce-
dimus, ut unquam catervatim stu-
diosè confluant, Coniurationes fa-
cere profumant, sive attentent.
Potissimum verò omni sunt coercendi
severitate, qui conspirationes ma-

chinantur adversus Magistratus.
Conspirationis author seu Sollici-
tator per mensem in carcere de-
tentus, postea relegatur, vel etiam
duriori supplicio, si videbitur, Con-
silio nostro, afficiatur. Consilij
verò facinoris repellantur à dig-
nitatibus, et publicis honorum ti-
tulis, nisi prius poenam luant de-
bitam, et reconciliati in gratiam
cum maioribus redeant.

XII.^{mò} Cavemus proterea, ut in delictis
gravioribus ad exclusionem Delin-
quentis maturè procedatur; Ex-
clusi autem, aut relegati nomen
Consulj huius oppidi significetur,
certioresque reddantur, quòd iuxta
Serenissimorum Principum ordinati-
onem Provaricatore[m] talem ultra
dies octo, nisi Rectori et Consilio
Academici aliud videatur, intra

moenia Ingolstadiensis Urbis tole-
rare non debeant. Neque illi tan-
tum, qui graviter Delinquunt, ab
Academia dimittendi sunt, verum
etiam isti, qui licet apud Professo-
res inscripti sint, nullas tamen,
vel omnino non nisi rarissime ac
valde negligenter Lectiones fre-
quentant, atque adeo otiosi solummodo
hic Delitescunt, et inutiliter pe-
cunias consumant.

XIII.^{to}

Ad hoc, in omnibus Delictis, ne-
gotijs, et Contractibus Rectorem
competentem Judicem esse Decerni-
mus, non modo quò ad Civiles, ve-
rùm etiam quò ad causas criminales,
unam vel alteram Criminalem, ex
Serenissimi Electoris Maximilianij
speciali Rescripto anno 1605. evul-
gato, suo Serenitati ad se avo-
candi potestate reservata. Incipit

verò Serenissimus Elector Maximilianus, ut in causis Criminalibus viâ juris absque ullo respectu procedatur, et talis semper Sententia feratur, quæ Delicto proportionata sit: In quo negotio Profectus opedi requirente Electore, iuxta Ordinationem Serenissimi Principis Ludovici auxilium, et operam suam proflare tenetur.

XIV.^{to} Sumus etiam, quod nullus Studiosorum Domicilium cuiuspiam Civis ingrediatur, ipso nolente, et prohibente, poena dimidij florenj transgressoribus huius mandati infligenda, Ceterum, quisquis in eadem re petulantius se gesserit, pro arbitrio nostro gravius puniatur.

XV.^{to} Ut porro abusus noxius provocandi alios ad pugandum, et promptitudo

parendi provocantibus ac congregandi penitus aboleatur, Senatus Academicus iam dudum decrevit, ut sive re ipsa, sive verbis alium provocans, mulctâ sex Imperialium puniatur. Ad provocacionem verò Comparens, et congregiendus tres Imperiales solvat; Illi insuper, qui alios ad provocandum, vel ad comparandum provocanti instigant, quoad hanc mulctam provocantibus equiparentur, et singuli pariter in sex Imperiales condemnentur: Si quis in predictis delictorum generibus sepius redeat, poena pro gravitate delicti duplicabitur, aut denique tanquam incorrigibilis ab Academia dimittetur. Qui supra dictam pecuniam solvere nequit, secundum tenorem horum Statutorum hoc Cap.

15. n. 1. pro unoquoque aureo unius
diei incarcerationem sustineat.
Gladium porro gestandi per se licentiam
personis tantum illustres,
et qui per biennium Juri studuerunt,
ex Inductu Electoris Serenissimi
Maximilianj anno 1598. Dato
habent.

XVI^{to}.

Saltationes publicas accedere
sub poena arbitraria prohibitum
sit, nisi forsitan aliquis ad co-
honestandas nuptias fuerit voca-
tus, vel per nuptias pro more ad
saltandum invitatus, attamen
etiam tunc modestis memor ab
impudicis circumagitationibus,
et immodestis discursationibus
abstineat, neque cum alijs Virgi-
nibus, aut ancillis choreas ducat,
quam quo nuptiis interfunt, aut
quavis alia ratione nuptialibus
personis molestus sit; Multo minj

in loco Chorearum gladium, aut pugionem stringat, sub poena seu Imperialium irremissibiliter infligenda. Ad quam ille quoque obligabitur, qui alium pugnis, vel quocumque telis genere in eodem loco laeserit, aut verbis ad pugnam provocaverit.

XVII.^{mo} Tandem statuimus, et ordinamus, ut Pector singula, quae hactenus mandata sunt, diligenter exequatur, querellas sine affectu audiat patienter, transgressores Constitutionum iuxta tenorem ipsarum, et Decanorum Consilium puniat, mores corruptos, etiam de quibus statuta speciatim non cavent, poenas exigat per Bedellum, Notarius condemnationis Sententiam in acta referat, qui mulctam

sibi constitutam non numeraverit,
illicò pignus sufficiens exhibeat,
aut coniciatur in Carcerem.

Caput XVI.

De Promovendis.

I.^{mo} Non mediocris sit cura, Professo-
ribus omnibus, ut ad honorum
gradus Doctos tantum, atq; eru-
ditos, et bonis moribus commen-
datos admittant. Inde enim tam
ipsis, tum Academia nostro fama
celebris, et perennis gloria ab
omnibus expectanda.

II.^{do} Fiet autem hoc, si ea diligenter
observentur, quae serenissimus Elec-
tor Maximilianus die 26^{ta} Martij
anno 1642. circa promovendos

observari procepit.
Imò, Si nullus ad Licentiam vel
Doctoratum in Theologia admit-
tatur, qui non proter scholasti-
cam toto et completo quadriennio
auditam, etiam ceterorum Profes-
sorum Theologia omnium et sin-
gularum videlicet sacro Scrip-
tura, Controversia, et Casuum
conscientia lectiones per bien-
nium iuxta Theologiae faculta-
tis Statuta audierit.

4^{do} Si in Juridica Facultate
similiter, nullus ad Licentia-
tum, aut Doctoratum admitta-
tur, qui non unum saltem hebdo-
matarium Collegium feriis quin-
tis haberi solitum se frequen-
tasse comprobaverit, quique
quinquennium in audiendis Lec-

tionibus ac studio ferijs Juris non ab-
solverit, nisi singularis causa illud
suaserit, qui item biennio Philosophiam
non audiverit, ubi specialiter notan-
dum, quod iuxta recentiora Cle-
mentissima Decreta nulli in Facul-
tate Juridica liceat, proter Logi-
cam etiam Lectiones Institutio-
num Juris frequentare, et ut ad
Collegia Juridica nulli admittantur,
nisi integrum biennium in Philo-
sophia compleverint, hoc est, qui
non Logicam, et Physicam ab-
solverint.

Ad Facultatem vero Medicam
nullus admittatur, nisi qui in-
tegram Philosophiam audiverit,
et absolverit. Quod ultimum etiam
Medicis erit observandum, in nulla
proterea Facultate post Examen
eodem statim die gradus amplius

conferatur; Quique in Exami-
ne pro altiore gradu non satis-
fecerunt, praesertim Jurium candi-
dati, Baccalaurei, creari possunt,
Si autem neque hoc honoris ti-
tulo digni iudicentur, omnino
reiciantur.

III.^{to} Multas hactenus Expensas inu-
tiles fieri solitas in promovendis
cujusque facultatis, omnes,
excepto frugali et mediocri gran-
dio, Professoribus exhibendo, vo-
lumus esse abolitas.

IV.^{to} Edicimus postremum, ne quis stu-
diosorum publicum testimonium
Doctrinae suae ab aliquo Magistro
aut Doctore in Catalogum
Academiae non in scripto, vel ex-
autorato, et ab actibus schola-
sticis suspensio non accipiat, sub
poena perpetuae exclusionis.

Caput XVII.

De Reparatione Fabricæ Collegij, & Usu Seditium.

I.^{mo} Meritis Augustum Collegium sumptuosè à Serenissimo Fundatore Gymnasij constructum expensis Cæmæ in structuris necessarijs debet conservari.

II.^{do} Singuli tamen promovendi in sublimioribus tribus Facultatibus singulos numerent medios aureos, et Magistris Artium duos crucigeros, pro refarciendis Colloqis structuris, et ut surta integra reservari possint.

Caput XVIII.

De Pedellis.

I. ^{mo} Precipimus, et ordinamus, per Con-
siliam Universitatis Ledellos su-
scipi, quorum operâ omnes Facul-
tates uti poterunt.

II. ^{do} Emolumentum verò, quod illis jure
debetur, percipere nemo impe-
diat: Neque verò ulla Facul-
tas proprium Ledellum assumere
audeat, absque Senatûs Univer-
sitatis consensu.

III. ^{tiò} Famulorum autem Universitatis
officium est, ut quotidie Recto-
rem bis conveniant, aliâs requi-
siti semper adsint, eumque in
Civitate comitentur, ejus quoque
Mandata fideliter et diligenter
exequantur, accersant, quos in-
bet vocari, iussu maturo Consili-
um indicent, Auditoria statim
temporibus everrant, et interdum

etiam plateam circa Academiam
purgari procurent, fenestras suo
tempore, ne ventorum impetu col-
lidantur, ac frangantur. Dili-
genter iterum claudant, Rectorem
ad eodem sacram deducant, Scep-
trum eidem proferant, die Nata-
lis Domini, Pascho, Pentecostes,
Assumptionis Mariæ, Disputatio-
nes, et alios actus Collegij, et
templi foribus profigant, Theses
distribuant, et in distribuendis
suum Compendium non quærant,
nullas sibi reseruent, neque Defen-
dentes ad id adstringant, ut, quibus
ipsi bene volunt, et de consuetu-
dine non debentur, proferant com-
pactas offerant. Studiosos ante
suum ad Rectorem, vel Consilium
ingressum moneant, ut latinè
sua proponant, Foeminas marita-
tas tanquam suorum maritorum
procuratrices ad Rectorem non ad-

mittant, Sed viros, et maritos ipsos
/ nisi legitimè impeditos: / adesse
iubeant, arrestum, nisi periculum
in mora sit, sine Rectoris iussu
non indicent, atque Officium Ma-
gistratus sibi non arrogent, Sc̄he-
das in orbem circumferendas ne-
minj ostendant, aut ipsi legant,
Secreta, quò interdum audiunt, vel
resciunt, nulli p̄dant, in careran-
dos illicitò, vel tempore per Magi-
stratum Academicum sibi Desig-
nato includant, ianuas utraque
Carceris bene claudant, nihil
propter victum, et potum ordinari-
um, quibus uti in Convictibus
suis consueverunt, horis prandij,
et Coeno, alijs omninò nihil, nisi
aliud à Magistratu Academico
statutum fuerit, nullumque socium
absque facultate, nocte excepta,
et quidem tunc etiamnum, nisi unum,

nullum denique Musicum Instrumen-
tum, aut aliquid aliud ludicrum,
sive alias prohibitum illis admit-
tant, quae de causa accedentes, et
adferentes victum, lectum, lignum,
et alia, diligenter perlustrant, lec-
tos proferim obvolutos aperiant,
ac introspiciant, et si quem potum,
vel quodcunque aliud prohibitum
deprehenderit, potulentia ac escu-
lenta tanquam caduca ad se reci-
piant, et ipsis cedant, reliqua vero
Lectori censura tradant.

Moneant etiam incarcerandos, ut
clamores, cantus, ac alias petulan-
tias, per quas Professores in Lectio-
nibus, et vicinia inquietantur,
devitent, alioqui ex Carcere ipsos
recta et sine omni spe venio ab
Academia dimittendos, nec quem-
quam insuper ad eos, proferim foe-
minas quascunque intromittant,

Dimissos ex Carcere statim, et non
post intervallum ad Rectorem pro
Juramento solito faciendis, de se
non vindicando, adducant, post di-
missionem Carcerem visitent, et
an nihil turpe et absconum ibi
scripserint, vel pinxerint, inqui-
rant, Lictores, vel scribas Rectori
denuntient, et scripturas, vel pic-
turas obliterari rursus procurent.

IV.^{to}

In collationibus Licentiatorum
Fac bonis novis accipere ad se pos-
sunt, quod tam in esculentis for-
tuito restant, nullam tamen fraudem
adhibere debent, ut aliquid, vel
plus remaneant, quam fors ipsa
datura est; multo minus ab hospite
pro se vinam antecedenti vel subsequenti
tempore accipiant, ac ejus
pretium rationibus promovendorum,
vel promotorum pro libitu inseri curent;

Similiter exigendo ultra taxam sibi
à Statutis Academicis, vel quatuor
facultatibus præscriptam promoveren-
dos, aut alios quoscunque non
gravent, neque in quibuscunque
Collationibus, aliisque occupatio-
nibus, et functionibus Academicis
in Aula Academica vel alibi cele-
brari solitis foeminas famulari,
ac ad mensam inservire permittant.

Petrum in omnibus ita se gerant,
prout Fideles Ministros facere
debet, et convenit: Atque pro-
scripta omnia absque omni fraude
et dolo illibate custodiant.

V. to
Juramentum Pedellarum singulis
annis circa festum S. Lucie in
Senatu Angario celebrando, pro-
standum sit tale.

Ego N. Juro, quod Magnifico

Domino Rectori, atque omnibus
Rectoribus, qui successuri sunt, ac
Almo huius Universitatis Consi-
lio obedientiam et fidelitatem
proffabo, et quod Secreta Rectoris,
Universitatis, et Consilij ejusdem
non revelabo, Commodumque Se-
renissimj Electoris, Successorum-
que Dominorum huius oppidi, et
Universitatis diligenter promo-
vebo, et Damna pro vitij impedire
conabor, omnia item ex Officio
mihj incumbentia, ac hisce Sta-
tutis proscripita absque dolo et
fraude fideliter observabo.

Juro etiam, quod si à Dominis meis
aliquando ab hoc Officio remo-
verer, quod nolim propterea Do-
minis Consiliaris obloqui, aut
ultionem institueri.

Sic me DEUS adiu-
vet, et hoc sancta Dei
Evangelia.

VI.^{to}

Cura sit Ledellorum, ut quotidie paulò ante lectionem quorumlibet Professorum, qui eadem horâ non concurrunt, campanam in Collegio puerent. Hora autem congrua observanda est, deinceps secundum horologium Divo Virginis. Idem quoque observetur in Citationibus et Convocationibus Rectoris qualibuscunque.

VII.^{mo}

Sit autem proter Ledellos Notarius Universitatis iuratus, qui in omnibus Judicialibus proffo sit, et Decisa per Rectorem, vel Consilium diligenter inferibat.

VIII.^{vo}

Ledellorum porro stipendium esto, ut exigant à Scholasticis singulis Angariis Decem Crucigeros à singulis, à Nobili quindecim Crucigeros, Illustrium autem et Prelatorum committimus magnificentia, et liberalitati, ut pro dignitate sua be-

illos remunerent; Hortamus
item quatuor facultatum De-
canos, ut in conferendis Insigni-
bus Sedellorum etiam habeant
rationem. In multis verò, et pe-
cuniã ab intitulis, et inscriptis
soluta sexta pars ipsis cedat.

IX^{no} Edicimus insuper, ne Notarius et
Sedellus perpetuum diem aut so-
lidam noctem exeat urbem, nisi
Rectori hoc significaverit, et ejus
Consensum impetraverit.

X^{mo} Quod si integrã septimanã, urgen-
tibus negotijs, voluerit absire,
opus habeat, hoc ipsum consequi,
non nisi Receptore, et quatuor De-
canis consentientibus, qua in re,
nisi audiens dicto fuerit, officio
suo exuatur.

Caput XIX.

Epilogus.

I.^{mo} Paternâ autem benevolentia ducti Decernimus, neminem Statutorum transgressorem incurrere periculum, nisi edictum violatum expressis verbis hoc in se contineat, aut Rector transgressori nominatim sub juramento mandet, et precipiat.

Non obstante in Cæthalogum studentium inscribendus iuret, se observaturum statuta et statuenda.

Porro reservamus nobis et Posteritati nostræ, et ijs, quicunque consilio proficientur, authoritatem cum Consensu Serenissimi nostri Electoris condendi insuper alia edicta, de integro etiam comprehensa immutandi, addendi, et emen-

Dandi, quoties id utilitas et ne-
cessitas rei publico litterario ef-
flagitaverit, ante omnia verò sal-
va sit Potestas Serenissimo Elec-
tori, et omnibus Successoribus Eius,
Statuta hoc in posterum immutan-
di, et rogamus in super Serenita-
tem Eius, ut Constitutiones has
universas approbare, et confir-
mare dignetur, ne quis improbus
contrarium facere deprehensus,
exceptione frivola se tueri, aut
eandem ullò modò possit cavillari.

Juramentum Eius,
qui è Carcere dimittitur:

Ego N. Juro, quòd incarcerationem
meam per Dominum meum
Rectorem ob excessus meos nuper

impositum iam liberatus, neque
per me ipsum, aut alium quem-
vis subornatum directè, vel indi-
rectè, verbis, vel factis, aut aliò
quòvis modò, extra juris remedia
vindicare, Serenissimis Dominis
Principibus Gavaris, Angolsta-
diensi Universitati, et universo
Consilio, aut quibuscumq; alijs
etiam adversarijs meis, huic incar-
cerationi causam vel occasionem
dantibus ob eandem nihil molestiò,
iniuriarum, incommodi, vel ultio-
nis moliar, faciam, aut fieri pro-
curabo.

Sic me D. M. S. adiuret, et
hoc sancta D. E. J. Evangelia.

Sehr

Es von denen Fenigen, die
mit der Römischen abgestraft worden,
und nicht Laßmiss kommen,
abzufragen.

Ich M. Schwöber zu Gott mirz Aigd,
daß ich die Römische Stadt, die Ihre
Magnificenz Herr Rector mir
wegen meiner Excess, und das
brosen anforlegt, den selben aber
Künners so mich begaben hat, werden
für mich selbst, noch durch an,
das auch hinorlich weiß, zimlich,
lich, oder offentlich, werden mit
worten, noch mit wasdson, an der
der Rost mit dem, anson wolle,
Ihre Magnificenz Herrn Rector,
und ganzem academischen Magistrat,
oder auch andern meinen Chirren,
saiszen, was die auch sagen, und zu
dieser Römischen Stadt Messias oder go.

lognifrit gobru fabru, Chilliif
idru hergon ^{im} galagunfoit,
Aufmarf, oder Raif, wend ^{id}
unf felbftun, oder ^{id} duff andard
autfün, unfon, oder ^{id} wunf faifun.

Das fey mir Gott, und
alle feine Heilige.

Juramentum eorum, qui
nomina sua in Album Stu-
dioforum referri cupiunt.

N. Videri licet supra Cap. X.

Rejo

Er herfon ^{id} fel ^{id} Untroffannd,
Wo mit ^{id} gefchidret.

Jes N: goloba, und ^{id} fceofen zu
Gott mirun ^{id} Rejo, das ^{id} if ^{id} Unfand
quädrigftun ^{id} hernd, ^{id} Eft ^{id} - ^{id} und

Land für den Herzog Maximilian
lian für die in oben und Niedern
Bayer, auch der Obern Herzog
zogem, Kälzgrafen bey Wien,
das hertl. Kam. C. Amte für
tunlich, und für die Land,
grafen zu Emsburg, als die
gerühmt, und die Natürl.
für die Natur, nach der Natur
die abtun aber die Natur,
die Natürl. Natur, oder
andere Natur, die Natur
an der Natürl. Natur, die Natur
wie auch die Natur, die Natur
die Natur, die Natur, die Natur
geforscht, geforscht, geforscht
sich, die Natur, die Natur,
Gaden, die Natur, die Natur
Anno, die Natur, die Natur,
man mit die Natur, die Natur,
und zu die Natur, die Natur

Religion mit allem Fleiß anfangen
gig seye, dasjenige, so mir auf
erhalten wirdet, salted, und
von dem alles, was mirum getrennt
Untersam gegen seiner Obrigkeit
krit von gewesent, und Rost
wegen zu ihm gebühret, getrennt,
lich leisten, und sollzich wolle
ofen gehalten, so wahr mir Gott
selte, und alle seine heiligen z.

Notandum. Das Juramentum
1. Wilhelm sich das Eubing der Thü,
Donum auf dergleichen Trübs
Untersamkeit nicht sichet, ist
von mirum abgesetzt, und das
bestemal den Martin Mayer Bmfr.
Lundor, am. 15. Octobris anno
1661. abgelegt worden.

Die Könige
Der hochfürstlichen Unterthanen, so
mit geschickter, und der Könige,
Königliche Confeſſion, oder refor-
mirten Religion bewandt
sind.

Ich N. gelobe, und schwöre zu Gott
meinem Könige, daß ich dem Kaiser,
kaiserlichen Fürsten, und Herzog,
Herren Maximilian fünften,
in Oben- und Niederen Bayern, auch
der Oben Palz Herzogen, Palzen
grafen bey Rhein, daß hochlöblich Königl.
Riſch fürstlichen Herzog, und Fürst
Fürsten, Landgrafen zu Eriſten,
bey, als Regimentsmann, und reichlich
natürlichen Erbmann, nach dessen
Fürstlichen Rath, abtrewlich aber
der Mannlichen natürlichen
sind, oder andern ernstlich,

Nachkommen an dem Loblustren
hauß Bingen p. Wir auch Herr
Rector; Magnifico, und Raths
Herr Herr Universität als
grosamb, getreu, gewärtig
sijn, insondlichen besondern,
Pfeidern, vordern, unndem bester
Armoegen nach, daß wir auch Ni
mand mit Eibrigkeit, fast Herr
bunden, Mitschickter das jünge,
so wir außser laiden wirdet, salt,
und sonsten allad, was mirer ge
samter Untertanen gegen seiner
Obrigkeit von gewojsenit, und
Rustwegen zu dem gelüstet,
getreulich leistet, und solt zischen
wolle, ohne gescheide.

Je
So was wir Gott
solten z.

Decretum Serenissimi Elec-
toris Maximilianj p. m. hæc
Statuta probantis, & confirmā-
tis.


Wirlichen Iam die 2. Junij 1608. ge-
braucht reformirte, und der bey Vor-
statuta zu Anstalten Unserer
hochschül, und daß gesammten
Studium Unserer gezeuget; dem-
nach ihm Wir als Land-fürst
sinnit solchs allredingz confir-
miren, und bestättigen, also,
daß wir Unser Universität in
unsern Fürstlichen gebrauchten
und solch, dabey Wir Wir auch
quadrigst salben, Singen, Sinnen,
und Landfaben wollen. Es
bey dem Herrschafft allred, und jedred
Unserer hochschül, Vicedom,
Statthaltern, Rector, Anstalten,

Eßlingen, Zofingen, Mauthausen,
Ungeltorn, auf Burgemeister,
Rathen, und gemein Unserer
Stadt Jurgolstatt, und allen an
denn gemeinsamen, und künf-
tigen Unserer Abtheilung, des
selben Dorffens, und Untertan-
en, in was Ordnung, Ordnung,
oder Hand die seyn, und wie die
genant sollen, oder mögen werden,
so die Sach betrifft, festlich, und
festiglich, die nechstmal Unser
Universität, und derselben fa-
cultäten, Glieder, und Scholaren
zu Jurgolstatt, bey vorangezeig-
ten Statutis inquirret, und in
gefindet verbleiben zu lassen,
auf die von Unser Burg zu dazig
Land zu haben, und zu seyn,
als lieb mir zu sein ist, Unser
Ungnad, und Straf zu der

inquirere; Insuper, wann und wie
sig obwan auf diese iart der
besten Statuta, oder Statuta
dorum punctum solent, oder missum
quodlibet verum, de alio Un^o,
und Unform solent, Regiamur
fuerum siunt derbe salent, in
diesem dergen schreibend, auf an
dem Statutis, Decretis, und
Ordinungen, nach gestalt, und
Laut der zeit, Verfassung, Mes
sung, und andern dergen
mum, damit gemain Univer
sität, und derselben glieder,
und Scholaren ansehung, zu
Vollfuehr, und Notwend allzeit
mit guaden bedacht, und befu
er worden. Insuper soll die Sa
tes Societatis fere betrieff,
soll es by dem jomigend, was

isamburgum hoc ditione absente,
hij ditione, und besolten
warden, sein in gränden tod der,
bleiben haben. Dessen alle
zu wasen ist und haben die
Unser Secret an die so libell
sagen lassen. Gessend zu
Münster d. 20. Aug. 1647.

Maximilian J.
L. S.



Handwritten text, likely a letter or document, written in cursive script. The text is faint and difficult to decipher, but appears to contain several lines of prose. The date "20 Aug 1842" is visible at the bottom of the main text block.

Handwritten signature or name, possibly "Alexander G. L. S.", written in cursive script. The signature is large and stylized, with a prominent initial 'A' and 'G'.

